



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Canisio prima laus ex eo Colloquio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

semper id genus colloquia, vel perniciose fere
 sanctitati ceciderint: quod rerum magis poten-
 tes, quam sapientia vera pollentes homines, dum
 temperamentum aliquod, in quod sine fraude
 conveniatur, excogitari posse opinantur, non satis
 animadvertunt quicquid latro de præda cum eo,
 quem spoliavit, paciscatur, spoliati iniuriam esse,
 cui totum debetur, quod raptum est: & lucrum
 latronis, cui nihil præterquam pœna debetur. Spe-
 rabat ergo Canisius (nec temere speravit) post-
 hæc fore ut ab huiusmodi tractatione concordie
 Principes ad remedia alia verterent curas. Om-
 nium opinione constitit neminem in eo confi-
 ctu plura quam Canisium scripsisse, recitasse, op-
 posuisse: nec modice auctam Hæreticis, quam
 hauserant de illo, deque Societate formidinem.
 Totum ille euentum adscribebat sacrificiis, ac
 precibus sociorum.

*Canisio pri-
 ma laus ex
 eo Colloquio.*

Sed admirari iuvat Hæreticorum mentiendi
 impunitatem, & impudentiam. Dum Heros in-
 victus murum se pro Dei Domo inexpugnabilem
 opponit, & victorias de hostibus præclarissimas
 refert, sparsere per Saxoniam infelices mendacio-
 rum figuli, Canisium post congressum cum Phi-
 lippo

*Hæreticorum
 de eo Fabula
 dua.*